


ARLT, FERDINAND VON

**Dissertatio inauguralis medica sistens
historias amauroseos e vitiis organicis
cerebri quatuor adnexis similibus,
quotquot innotuere, autorum variorum
observationibus**

Haase
Pragae
1839

EOD – Millionen Bücher nur einen Mausklick entfernt! In mehr als 10 europäischen Ländern!



Danke, dass Sie EOD gewählt haben!

Europäische Bibliotheken besitzen viele Millionen Bücher aus der Zeit des 15. – 20. Jahrhunderts. Alle diese Bücher werden nun auf Wunsch als eBook zugänglich – nur einen Mausklick entfernt. In den Katalogen der EOD-Bibliotheken warten diese Bücher auf Ihre Bestellung - 24 Stunden täglich, 7 Tage die Woche. Das bestellte Buch wird für Sie digitalisiert und als eBook zur Verfügung gestellt.

Machen Sie Gebrauch von Ihrem eBook!

- ➲ Genießen Sie das Layout des originalen Buches!
- ➲ Benutzen Sie Ihr PDF-Standardprogramm zum Lesen, Blättern oder Vergrößern. Sie benötigen keine weitere Software.
- ➲ *Suchen & Finden:* Mit der Standardsuchfunktion Ihres PDF-Programms können Sie nach einzelnen Wörtern oder Teilen von Wörtern suchen.*
- ➲ *Kopieren & Einfügen* von Text und Bildern in andere Anwendungen (z.B. Textverarbeitungsprogramme)*

* Nicht in allen eBooks möglich.

Allgemeine Geschäftsbedingungen

Mit der Nutzung des EOD-Services akzeptieren Sie die allgemeinen Geschäftsbedingungen. Die Benutzung erfolgt ausschließlich für private nicht kommerzielle Zwecke. Für alle anderen Zwecke kontaktieren Sie bitte die Bibliothek.

- ➲ Allgemeine Geschäftsbedingungen in Englisch: <http://books2ebooks.eu/odm/html/muw/en/agb.html>
- ➲ Allgemeine Geschäftsbedingungen in Deutsch: <http://books2ebooks.eu/odm/html/muw/de/agb.html>

Weitere eBooks

Schon über 30 Bibliotheken in mehr als 12 europäischen Ländern bieten diesen Service an.

Finden Sie weitere Bücher zur Digitalisierung: <http://search.books2ebooks.eu>

Mehr Information: <http://books2ebooks.eu>

Institut für Geschichte der Medizin
Wien

D 4764

SGH



Die
Geschichte
der
Medizin
n. 182

DISSERTATIO

INAUGURALIS MEDICA.

SCIENTIA

HISTORIAS ANAUROSEOS

E VITIS ORGANIS CEREBRI QVATUOR

ADNEXIS SIMILIBVS, QVOTQUOT ENTOURENT,
AUTORUM VITIIS, ET INVENTIONIBVS,

COMPTO IN
Geschichtstafel

INSTITUTIO HISTORICO-ANATOMICO

PRAESIDIS ET ALECTORIS

ILLUSTRES, CLEMENS, AC SPICIOSUS
DOMINI

DECANI

EXCLAVINORUM

D. D. PROFESSORUM

MEDICINAS DOCTORATUS LAUREA
CONFERENTUR IN MEDIIS HONORIBUS AC PRIMIS
TITULIS OSTEOPATHIS,

IN ALIA DE ANATOMIA COA. TIC
CAMPUS-PERSONARUM, UNIVERSITATE PRAGAE,
HOMINIS VITIIS ET INVENTIONIBVS HISTORIAS

COSM. PETRILIANI. Auct.

Salvius Impresor.

In hisce operis disputatione in diebus apud Clericis
de die, November 1630. h. 12. m. 12. annis.

PRAGA 1630.

Ex officina typografica Petri

et I. Krali.



DISSERTATIO
INAUGURALIS MEDICA,
SISTENS
HISTORIAS AMAUROSEOS
E VITIS ORGANICIS CEREBRI QUATUOR
ADNEXIS SIMILIBUS, QUOTQUOT INNOTUERE,
AUTORUM VARIORUM OBSERVATIONIBUS,
QUAM
CONSENSU ET AUCTORITATE
PERILLUSTRIS, CELEBERRIMI AC MAGNIFICI
D O M I N I
PRAESIDIS AC DIRECTORIS,
ILLISTRIS, CELEBERRIMI AC SPECTABILIS
D O M I N I
D E C A N I
NEC NON
CELEBERRIMORUM
D. D. PROFESSORUM
PRO
MEDICINAE DOCTORATUS LAUREA
SUMMISQUE IN MEDICINA HONORIBUS AC PRIVILEGIIS
RITE OBTINENDIS,
IN ALMA AC ANTIQUISSIMA CAES. REG.
CAROLO-FERDINANDEA UNIVERSITATE PRAGENA
PUBLICAE ERUDITORUM DISQUISITIONI SUBMITTIT

Carol. Ferdinand. Arlt,
Bohemus Supergrupnensis.

In theses adnexas disputabitur in magna aula Carolina
die 27. Novembris 1839 hora 12. matutina.

PRAGAE 1839.

TYPIS FILIORUM THEOPHILI HAASE.

MED. KLEIN

des

PROF. v. BAUDRICH

D 4764

DIGESTA TITULI

IN VINCIBILIS MERIC

scilicet

HISTORIA VINCIBILIS

E A U T S O U E V I N C I S G E R M A N I C U L T U R E
VINCIBILIS S P E C I A L I S Q U A D R U P E T I N O T E R E
VINCIBILIS VINCIBILIS VINCIBILIS VINCIBILIS

Novem

U N I V E R S I T A T I S VINCIBILIS

C O M M U N I C A T I O N E VINCIBILIS

D O K I Z I

HISTORIA VINCIBILIS

G E R M A N I C A VINCIBILIS

D O K I Z I

D E C E N T

160

COMMUNICATIO

D PROLUSORIUM

160

M E D I C I N E R D O C T O R A T I O E V E N G E

S U M M A R I A E M E D I C I N E R D O C T O R A T I O E V E N G E

C A R O L O - L Y C O N I S Q U A D R U P E T I N O T E R E

C A R O L O - L Y C O N I S Q U A D R U P E T I N O T E R E

C A R O L O - L Y C O N I S Q U A D R U P E T I N O T E R E

C A R O L O - L Y C O N I S Q U A D R U P E T I N O T E R E

160





Praenobili,

Celeberrimo ac Peritissimo

Domino Domino

J. N. FISCHER,

Medicinae Doctori, ophthalmologiae therapeuticae et practicae nec non clinici ophthalmologici professori caesareo-regio publico et ordinario, regii instituti ophthalmici Statuum regni Bohemiae physico optime emerito, typhlodochii

Pragensis privati medico ordinario,

KLINIK

PRAGA PROF. V. BAMBERGERI

Praeceptoris

scientia, arte ac humanitate

i n s i g n i,

qua indicium piae venerationis

hasce pagellas

Auctor.



Proœmium.

Adfui extispicio quatuor amauroticarum, quarum tres etiam vivas observandi occasio fuerat. Rem accuratius intellecturus similes casus in auditoribus quaesivi et usui reminiscentiae futurae excerpti. Quorum brevem conspectum, iis, qui eosdem in variis libris vario tempore *legerunt*, forsan non ingratum, observationibus in clinico factis et benevolentia celeberrimi D. Prof. J. N. FISCHER mihi pro dissertatione inaugurali concessis adjungere non haesitavi. Observationes varias secundum mutationes organicas in cerebro vel nervo optico (retina excepta) ordinare adnisus, hoc quidem difficillimum cognovi, ideoque saepius casibus melius perspectis subjunxi obscuriores et mance descriptos sub forma adnotationum, vel et solum auctores citavi. Morbos demum organicos, quibus post graviora modo symptomata *amaurosis* associari consuevit, quum ad *hujusce* diagnosin facilitandam non nisi conferre quidpiam vellem, vel omisi penitus, vel obiter tantum nominavi. Angustiae spatii, hisce primitiis concessi, excusent opprobrium fors non inique hinc inde objiciendum: Brevis esse laboras, sis obscurus.



Propriemiol

„Quicquid enim artificiosa corpora humana secare novit, eorumque singula particulas diligenter inquirit, ex his latentum morborum causas et sedes facile intelliget, nec non accomodata remedia praescribet.“

J. Riolanus, Anthrop. lib. I. p. 15.



Auctores citati.

- Abercrombie*, des malad. de l'encéph., trad. de l'anglais
et augm. par A. Gendrin, Brux. 1837. Edit. III.
- Annon*, Zeitschrift für Ophthalm.
- Andral*, Chin. méd. Brux. 1837. T. V.
- Andral*, Krankh. der Nervenb., v. Behrend.
- Baillie*, Anat. des frankh. Baues etc., v. Sommering,
Wien 1805.
- Beck*, Lehrb. der Augenh. Wien 1832.
- Beer*, Lehre der Augenfrankh. Wien 1792 und 1817.
- Boerhave* de morbis oculi, Ed. III. Venet. 1764.
- Boneti* sepulchret. Genevae 1679.
- Demours*, traité des malad. des yeux, à Paris 1818.
- Frank Jos.* praxis med. univ. pracepta, Lipsiae 1821.
P. II. V. I.
- De Haen*, ratio med. Vind. 1761. P. VI.
- Howship*, pract. obs. in surg. and morb. anat. Lond. 1816.
- Kleinert* Repertor. 8. Jahrgang, 11. Hest.
- Lallemand*, recherch. anat. path. sur l'enceph. Brux 1837.
- Langenbeck* Bibl. für Chir. u. Ophth. I. B. 1. St.
- Licitaud* hist. anat. med. Gothae 1796 Lib. III.
- Makenzie*, Krankh. des Auges, aus dem Engl. Weimar 1837.
- Mediz. Jahrb.* von Stift, 14. u 18. Bd., neueste Folge.
- Morgagni*, de sed. et caus. morb. Ebrod. 1779.
- Ochme*, diss. de amauros., Lipsiae 1748.
- Portal*, cours d'anat. méd. Paris 1803. T. IV.
- L. Rostan* réch. sur le ramoll. du cerveau, Ed. II.,
à Paris 1823.

Rust Magazin, Berlin 1832, B. 37. H. 1. u. Handb. der Chir. I. B.

Sauvages nosol. method., à Paris 1771.

Schön Path. Anat. des m. Auges, Hamburg 1828.

Trnka de Krcowitz, hist. amaur. omnis aevi observata continens, T. II. Vind. 1781.

Universaloxicon der pr. Med. u. Chir. Leipzig 1833. Art. Amaurosis p. 405—429.

Observ. 1. *Tubercula* in cerebro.

Herkel A., 26 ann. nata, constit. tenerae, quae puella laborabat otorrhoea (lat. dextri), quae sensim imminuta tandemque evanida novissimo triquennio reviviscit. Intermittens quotidiana anno 16. post 7 hebd., tertiana 17. post 2, et 18. post 4 hebd. absque posthumis fugata esse asseritur. Catamenia anno 15. suborta periodum recte servabant ad graviditatem usque anno 25. Quam excepero partus expeditus, lochia 3 hebd. rite fluentia, lactis tamen secretio parca. A partu die 3. aegra, ut munera ancillae continuaret, lectum spernens corripitur vomitu, absque doloribus in abdomen, absque alvi stipsi per 14 dies saepius iterato, bis etiam sanquinem praeter cibos efferente; accedunt dolores lacerantes, pungentes, remittentes, jam frontem, jam verticem, jam tempora tenentes, ad maxillam usque inferiorem pertinentes, vespere exacerbati; similes quoque in extremitatibus superioribus. Ex quo pedem stetit vomitus, aegra animadvertisit visum nebulosum oculi dextri, 5 hebd. post etiam sin., tandemque 3 iterum hebd. serius fasta est plane amaurotica. Die 22. Nov. 1837., hebd. a partu 11., a visus morbo 9. in clinico ophthalm. haec observantur.

Visus plane abolitus, obtusus peculiariter stupidus, pupilla aequabiliter et multum dilatata, iris immobilis, ceterum nec in bulbo nec in palpebris quidquam abnorme; in fronte, tempore et vortice dolores lacerantes, pungentes, vagi, remittentes, noctu exasperati; effluvium ex aure dextra modicum, serosopuriforme, auditus integer; secretio lactis parca; nec in abdomen quidquam abnorme, nec in columna vertebrali, item nec in se- nec in excretionibus. (Pectus accuratius non est examinatum; notabile tamen, ni forsitan auscultationis vel percussionis, symptoma ab initio saltem non adfuit.)

Amaurosin e rhcumate derivantes ordinavimus: tart. stib. gr. 8 in aq. dest. unc. 4 cum tinct. anod. gtt. 10, et regimen diaeticum adaptatum.

D..23. Nov. vomitu quinques insecuto tart. stib. dosi minore porrectus est et vesicans ad nucham applicitum.
 D. 29. Nov. dolores silent; praeter pristinam therapiam balneum grad. R. + 28, D.d. 1. Dec. Baln. vapor. spir. in. rectif. (sec. Dzondi), quo 5. Dec. repetito sudor largus intravit, mox vero etiam congestio vehemens ad caput; hinc 4. Dec. nil nisi tart. stib. gr. 6 in aq. dest. unc. 6 cum tinct. anod. gtt. 10, omni trihorio cochlear. D. 5. Dec. iterum vesicans ad nucham, quam aegra de peculiari sensu, intermedio inter dolorem et titillationem a tempore dextro ad maxillam usque conquereretur; d. 6. Dec. ob vomitum vehementem, oppressionem epigastrii et intensiorem cephalae obtusam tart. stib. seposito exhibitum est inf. flor. Verb. cum spir. Mind., et 7. Dec. evanidis istis symptomatibus insuper inunctiones spir. salis amm. caust. (scrup.) cum spir. vini rectificatis. (drachm.)
 D. 9. Dec. cephalaea pungens atque pulsans, temperatura capitis parum erecta, rubor faciei consuetus. Dct. solv. cum crem. tart.

Abhinc nulla mutatio; vespere semper cephalaeae congestae et dolorum istorum exacerbatio, mane remissio, de die cephalaea modica et peculiaris ille sensus a tempore ad maxillam.

D. 16. Dec. vesp. cephalaea multum aucta, pungens, pulsans et pressiva. Hirud. 5 pone quamvis aurem, det. solv. cum crem. tart. Noctu doloribus continuo incrementibus conscientia abolita, convulsiones extremitatum omnium atque muscularum faciei, clamores continui, tandem quasi paralysis universalis, os clausum, angulus d. oblique deorsum tractus, maxilla immobilis, urina involuntaria. Insultus brevi finitus saepius redit. Inde sub tractamine antiphlogistico atque derivatorio morbi forma parum mutata et insultibus utut mitioribus aliquot iteratis aegra die 16. Febr. 1838. supremum obiit diem.

Extisp. Cranium tenuerat in posteriore durae matris parte super hemisphaera sin. plaga palmam manus aequans, et alia minor super hem. dextra excrescentiis parvis, sat firmis ac numerosis obsita, quibus foveolae tabulae vitreae respondent. Hemisphaera sin. jam obiter lustrata amplior apparebat; dura mater arctius ibi tensa, in regione suturae temporalis quasi fluctuationem digito offert; vasa ejus sanguine turgida. In ventriculis later. modica seri turbidi quantitas, septum et fornix emollita. In hemisphaerae sin. lobo posteriore tumor, ovo gall. major, substantiae cerebri immissus, extus inaequalis, intus solidus, ho-

Geschichte
der
Medizin

mogeneus, flavidus, absque vasorum vestigio, consistentiae talis, ut cultro abradere posses materiam granulosam quasi et caseosam. Incisis superficie tuberculis centrum singulorum mollius appareat et in massam semifluidam viridescentem mutatum; in centro autem totius massae est videre plagam magnitudinis fere imperialis, ubi pia mater et arachnoidea paulum incrassatae bene distinqui possunt. Substantia cerebri vicina emollita et alba. Depositio istius massae jam externum thalami sin. finem attigerat, qui dextro major quidpiam erat firmiorque. In lobo posteriore cerebri d. similis tumor, ast minor, ad thalamum et corpus striatum sese extendens; in parte anteriore cruris sin. ad pontem itidem ejusmodi tumor, nucem avell. aequans. Circa infundibulum et chiasma exsudati plastici tanta copia, ut hypophysis compressa esset et atrophica; minor exsudati copia in fossa sylvii et circa crura cerebri ad pontem. Mucosa bronchiorum rubens, pulmones versus posteriora et superiora cum pleura costali connati; in apice utroque cavernae plures, nubes avell. superantes; ceterum gregatim deposita per substantiam recentia tubercula. Cordis nil abnorme. In hepatis tum superficie tum substantia plura tubercula; lien quidpiam majus duriusque; intestina tenuia solito breviora; in parte ilei inferiori et uno crassi loco ulcera superficia, cruciferum emensa; praeterea hinc inde sub mucosa tubercula cruda. Glandulae meseraicae aequae ac bronchiales tuberculis immunes: mucosa ventriculi ad fundum mollior, detersu facilis. Corpus parum emaciatum.

Obs. 2. *Tubercula in cerebro et cerebello.*

Burian J., septennis puer e patre phthisico, habitus serofulosi, post lapsum in caput a longiori tempore labrabat dolore cervicali et per vices rigore extreborum; loquela tarda, strabismus, amblyopia et hemiplegia (lat. sin.) sensim apparuere, accedentibus tussicula, serius diarrhoea, tandem et largis sudoribus et emaciatione.

D. 10. Junii 1839 advertimus in nosocomio corpus licet satis evolutum, tenerum tamen valdeque emaciatum, cutem asperam, squammosam; oculus d. sursum deviat et entrorsum, pupilla valde dilatata, iris immobilis, visus abolitus; oculo sin. adhuc cognoscuntur objecta majora; auditus immunis; loquela balba, tarda; angulus oris d. oblique deorsum tractus, lingua vero sinistrorum;

quens ejulatus; cephalaea frontalis; caput sinistrorum declinat; paralysis lateris sin., contracturae extreborum d., nunquam concussions; tussicula, ad apicem pulmonis d. percussione sonus obtusior, respirationis indeterminatus cum bronchophonia; abdomen retractum, sub concretatione dolens; diarrhoea sat frequens; appetitus non turbatus; pulsus irritatus. Vix quaedam symptomatum graviorum mutatio ad mortem usque 10. Augusti.

Extisp. Cranium tenue, pia mater sero redundans; parietes ventriculorum sero plenorū molles, sere pultacei. In lobo anteriore hemisphaerae sin. prope falcem tuberculum nucem avell. aemulans, in centro mollius; in lobo posteriore 3 ejusmodi tubercula; in lobo cerebelli d. tuberculum magnitudine ovi gall., in crure cerebri ad pontem d. alius, nucem jugl. aequans. In saccis pleurae multum seri rubicundi; pulmones innumeris partim aggregatis partim solitariis tuberculis recentibus repleti, bronchiorum mucosa rubra et laxa. Hepar partim diaphragmati accretum, in superficie plura substantiam penetrantia tubercula referens; lien justo minus firmiusque, aliquot tuberculi sminoribus instructum; similia in substantia renum corticali. Prope pylorum ad arcum minorem ventriculi ulciseula duo cum margine tumido, ad muscularē usque penetrantia; mucosa intestini crassi hypertrophica; in glandulis meseraicis et bronchialibus itidem massae tuberculosae.

Obs. 3. Sarcoma medull. in hemisph. sin.

Morl Fr., 24 ann. virgo, vitam ad 18. usque annum morbis gravioribus immunem egit. Menstrua ab anno 17. hucusque rite fluunt. Anno 19. absque causa nota cephalaea lacerans, in fronte fixa, variis intervallis exasperata, tumque vehementer ad encephalon congestionē stipata, ut aegra lecto decumbere plures dies cogeretur, ceterum muneribus ancillae bene fungens. Sub initium anni 23. invalescente cephalaea, visus magis magisque obnubilatus tandem extinctus est, quo facto dolor iste frontis lacerans dispergit, levi modo temulentia et vacuitatis sensu relictis.

D. 21. Julii 1837 ob *amauresin* torpidi charact. e vi-
tio org. cerebri receptae in nosocomio remedia excitantia
in- et externe (tentante manu) applicabantur. D. 3. Augusti
vehementes congestiones epilepticum insultum simulantes
post 9 demum dies antiphlogosi dissipatae. D. 30. Martii
1838 congestiones sub eadem forma multo vehementiores

rigorosa antiphlogosi post 6 dies domitae. Unde anaesthesia lateris d. faciei, musculis ibi bene mobilibus, sensus hebetudinis in extremitate d. superiore illaesa sensibilitate, incontinentia urinae, per vices et alvi.

D. 2. Maji reliquis mentis functionibus integris memoria quidquam hebetior, amaurosis plenaria, pupilla multum dilatata, iris immobilis. Thorax bene formatus nec percussione nec auscultatione quidquam morbos resert; item organa abdominis; nutritio corporis laudabilis; pulsus semper debilis, parvus, acceleratus. D. 18. Maji media nocte insultus cum paralysi omnium extremitatum, respiratione stertorosa, spuma ante os, oculis multum patentibus, pulsu admodum debili, valde citato et irregulari, facie rubente et calente, thermogenesi ceterum immunita; hora 3. mors.

Extisp. Corpus bene nutritum, musculi laete rubri, cutis nec aspera nec squammosa; venae jugulares tumidae, labia caerulea, laevus oris angulus deorsum vergens, pupillae dilatatae. Cranium amplum, tenue, praecipue sini-strorum, cum profundis a granulis durae matris impressionibus. In pia matre super anteriore hemisphaerae sin. parte series granulorum cartilagineorum; plura solitaria versus falcem; vasa sanquine parum repleta. Hemisphaera sin. posteriora versus multum ampliata, meninges ibi arctius tensae, gyri compressi et pleni, falx ad dextram declinans. Parietes ventriculi later. d. tenaces, sero-pellucido valde distenti, longe minus sinistri. In thalamo sin. versus posteriora ad corpus genic. impressio a processu mamillari pseudoplasmati inferius delineandi facta et isto remoto quoque persistens; thalamus ipse totus quantus anteriora versus trusus. In media hemisphaera sin. tumor magnitudine ovi anser., cultro incidenti multum resistens et quasi stridens, conflatus parte centrali ex albō grisea, cartilaginea, unde nil fluidi exprimi poterat, et peripherica molliore, partim flavescentem, partim albido griseam massam referente; partes flavescentes erant molles, consistentia cerebri, griseae vero quidpiam firmiores; in parte peripherica distincti quoque vasorum ramuli; superficies totius tenui, sat vasculosa membrana obducta, substantia cerebri circumcirca emollita, partim flava partim alba. In tractu opticorum praeter levem atrophiam nulla conspicui potuit mutatio. Bronchiorum mucosa rubescens; pulmones partim oedemate, partim emphysemate extensi, tuberculis immunes. In corde nil abnorme praeter exiguum cartilaginis depositionem in valvula mitrali. Viscera

abdominis vitiis vacua; capsula ovariorum quidpiam in-crassata, nonnullae vesiculae Graafianae multum distentae, uterus sanguine dives.

Obs. 4. Tumor fibrochondroides in hemisph. dextra.

Stiller V., 55 annos nata, mercenaria, mater 9 prolium, cessante ante 9 menses periodo de cephalaea querebatur universali, ardente, pungente, per vices remittente, vespere praeprimis crescente, ad latus sin. graviore, simul de aurium susurru, serius de vertigine, carebarya, somno inquieto, photopsia, visus obnubilatione variisque hallucinationibus, quas increcentes ante 7 menses plena secuta est amaurosis. Ante 2 menses ex animi pathemate (moerore) ad cephaleam intensorem accessere: gravitas capitis, vertigo, aurium susurrus, formicatio et anaesthesia extremitatis inferioris sin., dein aegra humi concidit mentis impos, facie turgida, caerulescente, ore obliquo, extremitate laeva utraque paralytica, urina alvoque involuntarie motis.

Adhibita in nosocomio methodo antiphlogistica et derivatoria post 4 dies rediit conscientia, cephalaea laevam frontis et temporum regionem occupans remisit, memoria tamen hebetior, labium superius, ala narium et lingua sinistrorum tractae, saepius concussiones et tempore seriore ter vomitus.

D. 16. Octobris 1837. Praeterea advertimus in clinico: palpebras frequenter motas, iridem immobilem, pupillam dilatatam, visus defectum plenarium, temperaturam capitum adactam, carotides vehementer pulsantes, arteriarum pulsum frequentem, contractum; aegra sub ingrediendo pedem sin. quasi post se trahit, manu d. validius tenet objecta quam sin., conqueritur de cephalaea lacerante modica et susurru auris sin.. Habitus apoplecticus, nutritio bona. Methodo antiphlogistica atque derivatoria adhibita status vix mutabatur; insultus concussionum, ardore in capite, aurium susurru, cephalaea et calore lateris sin. faciei evectis stipati, saepius jam de hebdomade, jam et de die revertebantur, plerumque ad extremitates sin. restricti, ceterum non paralyticas quidem, sed debiliores.

D. 22. Octobris accessit tussis vehemens cum sputis mucosis, forsitan inde, quod aegra epithemata glacialia capiti ipsa imponere soleret; ista absque visibili influxu in morbum cerebri magna cum vehementia diu continuabat. Obitus die 21. Januarii 1838 insecutus est morbum, ultimis

duobus mensibus nonnisi insultus graviores, et sub finem paralysin lateris sin. exhibentem.

Extisp. Cranium ad suturam sagittalem et bregma dextrum quasi erosum, ut nonnisi pellucidum tabulae externae stratum superesset. Ad centrum bregmatis d. plaga 1" longa, $\frac{1}{2}$ " lata, ubi tabula interna exostosi duplii inter excavationes ambientes prominet. Dura mater sat stricte tensa, piae matris vasa modice injecta; ad medianam superioremque hemisphaerae d. regionem firmiter adhaeret durae matri tumor ovum gall. aequans, pollicem sesquialterum imminens substantiae hemisphaerae; hinc facies hujus interna modice convexa, facies sinistrae hemisphaerae ex opposito concava, ut falx magna sinistrorum deviaret; eadem ratione se habebant etiam parietes ventriculi tertii, dum lateralium parietes valde tenaces multo sero pellucido distendebantur. Substantia medull. tumorem ambiens antrorum ad pollicem emollita (alba); clare distinguuntur vasa e pia matre tumore detrusa in hunc transgredientia. Tumor ipse incisus appetit firmus, sanquine sat dives, hinc inde quasi cellulosus (ad instar cellularum ossium), alibi cartilagineus, albido flavescens; cultro radente sanguis abstergitur, nil alias fluidi; fila cellulosa, qualia in sarcomate medullari, desiderantur. Thalamus d. sinistro minor, posteriora versus emollitus; corpora geniculata, optici et chiasma solito quidpiam minora. Pulmones flaccidi, ad anteriora emphysematosi; bronchiorum mucosa rubicunda. In corde nil morbosii praeter laciniam valvulae mitralis internam paululum incrassatam et nodulos Arantii in aorta solito majores. Hepar vitio immune, lienis duae plagae condensatae, squallide ex albo flavescentes, pressione fluidum puriforme edentes. In rene utroque plagae lympha plastica condensatae. Pars intestinalium tenuium inferior et crassi superior aequabiliter rubens.

Observationes variorum autorum.

I. Amaurosis producta *exostosi* opticum premente.

Beer (l. c. Wien 1817 p. 581) in pluribus amauroticis exostoses invenit craniumque simul attenuatum, et (p. 582) in pueri quodam obcaecato seriusque vesano vidit chiasma opt. exostosi aculeiformi perforatum.

Boerhave (l. c. p. 94) „Amauroseos verum exemplum ex optico compresso oriae olim nobis lues gallica subministravit ex exostosi, quia visum fuit, lamellam ossis

cuneiformis, quae ibi crassa est, exostosi laborasse, unde compressus fuit n. opticus."

Schober (misc. nat. cur. Dec. 3. ann. 9. et 10. obs. p. 253) (Trnka p. 147): A refrigerio capitis cephalaea et visus debilitas sensim in amaurosin versa, insultus epileptici; tandem mors apoplectica. Tumor osseus spongiosus inferne in bregmate sin., cuius in cellulis substantia medull. maxima ex parte in gummeam duritatem mutata; membranae cerebri carnem luxuriantem retulerunt, fere transversum digitum crassae; alterum bregmatis os contra semipellucidum.

Wepfer (Abercr. l. c. p. 400) similem observationem notavit.

Rhodius (diss. inaug. de amaur. Berol. 1829) amaurosin cranii osteosteatomate effectam descripsit; similis casus etiam

Rust (Handb. der Chir. I. B. p. 456) mentionem facit.

II. *Aneurismata et ossificationes arteriarum.*

Spurgin (medic. deposit. for June, Lond. 1825), (Makenzie l. c. p. 777): In viro 57 ann. de repente conscientia abolita, cito regressa; post iteratum insultum stupor, dein dolor capitis continuus, fixus, corporis inclinatione auctus; pupillae valde dilatatae, ad lucem intensiorem non nisi tarde mobiles; oculus dexter, cataracta correptus, lueeni tamen a tenebris discernebat. Post insultum 3. coma et mors. — Aneurisma arteriae corporis callosi d., optimum ejusdem lateris premens, ruptura illius et effusio sanguinis in ventriculum d.

Schmidler (Dict. des sciences med. T. 35. p. 20.) (Makenzie p. 779) Freiburgi servat praeparatum, quod exhibet aneurisma arteriae centralis retinae utriusque, n. opticos comprimens, ex principe Badeniana, quae non nisi corpore proclinato visu aliquantulum pollebat *).

Brown (Not. to Weller's Manual, Vol. II. p. 79. Glasg. 1821) (Makenzie p. 793): In femina arthritica 83 ann., quae jam 30 annos amaurosi et aliquot menses ante obitum paralysi alterius lateris laboraverat, carotis utraque, ubi n. optico ad foramen opticum proxima est, dilatata

*) Jos. Frank l. c. p. 817 dicit: causam amauroseos invenere:

Zinn descr. oc. hum. C. XI. §. 6. arteriae et venae centralis retinae turgorem, et

Ecker ad Pinel phil. nosograph. B. II. p. 122 aneurisma art. centr. retinae.

et ossiculis intertexta; vaginae optici tum ante tum pone chiasma medullae expertes. Effusio seri in ventriculis et meningibus; pars quaedam (?) cerebri emollita.

Demours (T. I. p. 391): Vir 66 ann. conquerebatur de myodesopsia oculi d.; inventa est arteria ophthalmica d. ossificata. Filius ejus anno aetatis 35. eodem visus vitio correptus est.

Beck (Ammon l. c. B. V. p. 191): Vir 46 ann. cephalaea laborans sensim visu captus serius ophthalmiis arthriticis iterum iterumque fugatis vexabatur, quin in oculis mutatio adverteretur. Anno 67. oculi d. visus extinctus, annulus arthriticus, varices conjunctivae, squalor sclerae, lens alba, ad iridem prominens. Oculi sin. pupilla dilatata, viridescens et obscurata, iris immobilis, conjunctiva varicosa, sclera squalide lutea. Virium lapsus, anorexia, vomitus, dyspnoea, oedema pedum, cardiopalmus ultimo anni quadrante vexabant. — In abdomine sanquinis abundantia; valvulae aortae semilunares partim ossificatae; carotis interna ad opticum et sinum cavernosum ossificata et utrinque ampliata; optici duplo tenuiores, marcidi, cinerei, molles; thalami quoque emolliti et simili substantia cinerea constituti; notabiles quoque in oculis mutationes.

Stilling (Ammon B. III. p. 465) vidit in femina 42 ann., quae una vice dysmenorrhoea indeque haemoptysi absque noxa manente laboraverat, et post lapsum in occiput conscientiam, hacque reversa visum usque ad mortem 24. hora insecutam perdidit, tumorem lividum, magnitudine nucis, sellae turcicae incidentem et chiasma prementem, ex canali carotidis d. provenientem. Hujus quippe, ubi e sinu cavernoso emergit, membranae internae ruptae fuerunt, et externa coagulum sanquinis complexa tumorem effecit.

Chevalier (Lond. med. and phys. journ. 1827, Dec. p. 489.) (Schön p. 119) invenit utrumque opticum aneurismate super sella turcica ad latera actum.

III. *Hypophysos* vitia. (Non quod idem vitium organicum subesse, sed quaedam similitudo symptomatum convenire videatur, sequentes casus hic collocantur.)

Roger (Andral & Frankl. der Nervenb. N. 48. p. 286) in tribus casibus tumorum glandulae pituitariae observavit gravitatis sensum in anteriore capitis parte; in 1. casu aeger obtusus, apathicus, breve obcaecatus (tumor chiasma presserat) morti comatosae succubuit; in 2. amarosis primum fuit symptoma, tum cephalaea leves intermis-

siones celebrans et 3 annos indurans, tandem debilitas universalis, coma et mors; in 3. quoque amaurosis et sub finem mentis functionum turbae et loco comatis convulsiones.

Sanson (Universaller. l. c.): In viro 36 ann., habitus fere seminei ab 8 annis cephalaea vehemens et continua, in medio capite fixa, unde visus gradatim abolitus. — Loco hypophyseos cystis ovum gall. aequans, partim fluido pingui, flavo et sanguinolento, partim massa solida, flava, caseosa, friabili repletus; parietes partim fibrosi, partim ossei; loco chiasmatis lamina ossea; pars opticorum pone tumorem sita compressa et emollita, pars anterior atrophica. Videtur haec observatio eadem esse, quam tradit.

Magendie (Journ. de Phys. T. VIII. p. 28. P. 1828,) (Makenzie p. 794), qui addit: pupillae valde dilatatae, dextra parum, sin. plane non mobilis; oculo d. adhuc majora objecta, non vero volumen eorum, nec figura, nec color distinguebantur; vesicantibus fronti applicitis notabilis visus emelioratio; sed de repente dolor in capite, oculis auribusque vehemens, et 7 diebus post mors subitanea.

Muzell (med. u. chir. Wahrs. 2. Samml. cas. 14.) (Trnka pag. 139): In pyrotechna 40 annis majore post febrin acutam integro anno cephalaea vehementissima cum totali paene visus jactura, pupilla amplissima vixque mobili simulque insignis adnatae bulborum palpebrarumque inflammatio cum pulsu pleno ac duro; qua remediis antiphil. depulsa remansit cum oculorum rubor tum continua cephalaea somnum arcens; altero anno febris acuta infl. cum delirio feroci; 4. die mors. — Sanguinis abundantia in pia matre et substantia cerebri; in regione sellae turcicae induratio cerebri, parvam juglandis nucem aequans, n. optico insidens, causa amauroseos.

Powcl (med. trans. V. v.) (Abercr. l. c. App. de la III. p. p. 394): In milite post cephalaeam vehementem sensatio tensionis in fronte, post 6 vel 7 menses jactura visus in oculo d., mox et sin., pupillae insensiles; nil nisi vomititiones frequentes. Altero anno elapso coma et mors. — Tumor ovum aequans, repletus fluido spisso, purulento, interpositus inter n. opticos a se invicem remotos, adhaerens glandulae pituitariae maxime molli et solito quinques ampliori. In ventriculis 4 fluidi unciae.

De Haen l. c. p. 264: In juvenula 20 ann. post vomitum 14 dierum et trimestrem amenorrhoeam amaurosis, purgantibus fugata, post annum regressa, immedicabilis una cum continuo - remittentibus capitis et oculorum

doloribus. Quinta die ab adhibito capiti cauterio actuali mors. — Infundibulum maximum, 8—9^{mm} diametrum habens, repletum materia grisea, partim pultacea, partim calcarea, concretum cum pia matre opticos involvente, insidens premensque chiasma, non quidem ita ut nervi opt. post coalitum marcescerent, sed saltem sic, ut videatur illorum actio interturbata fuisse. Pulmones ubique indissolubiliter cum omnibus thoracis partibus mutuisque inter se lobis connati.

Hedlund (Amm. I. c. B. V. p. 366): Mulier 35 ann. robusta, periodo ex annis pluribus parciore, tandem 8 hebdom. penitus cessante, corripitur amaurosi et vehementi cephalaea, sanatur vero mox antiphlogisticis atque derivantibus. Ast amblyopia et cephalaea acerrima ab anni quadrante orta, nulli cedit remedio, ingruit plena amaurosis, post annum etiam motus bulbi et palpebrarum perit; dolores vehementissimi, ac si esset tumor in collo, quin ibi quidquam morbosi conspiceretur, et dysphagia mortem accelerans. — In dura m. a lateribus falcis numerosae glandulae parvae, substantiae cerebri intime inhaerentes; in medio unius ossicula^{1/4} longa; opticus sin. planus, inanis, exiguis; thalami tenues, parvi et quasi erosi; hypophysis ovum aequans, varia ossicula et pus includens; etiam infra cystidem multum puris; sella turcica carie destructa. Pulmo cum pleura costali uterque intime connatus.

Ammon I. c. B. II. p. 69. A mensibus suppressis nulloque modo revocabilibus vehemens cephalaea et amaurosis; vesicantia et calomel ad salivationem usque portrectum, transitorium levamen attulere; obitus post convulsiones. — Inferior pars hemisphaerae d. exhibuit massam degenerem, induratam, facta incisione quidquam puris edentem et ambos opticos comprimentem. Hypophysis admodum magna chiasma comprimebat.

Beck (Amm. I. c. B. IV. p. 90): In muliere 50 ann., potui spirituoso indulgente, ex quo cessant menstrua, sensim abolescit visus (volitantibus punctis nigris), ingrumento simul debilitate universalis, dyspnoea et cephalaea intermittente. Iris glauca, immobilis, pupilla ovalis, paullum dilatata, sinistra quidpiam nubila, sclera squalida, vasa conjunctivae ampliata. Mors repentina. — Hydrothorax, hepar grande, durum; calculi fellei. Hypophysis atrorubra, densior majorque; optici ante chiasma et molliores et tenuiores, pone chiasma usque ad corpora genicul. coerulecentes et emolliti; retinae molliores; lens sin. turbiduloflavescens.

Drelincourtius (Lieutaud l. c. p. 363. obs. 178): Virgo 20 ann. cephalagia 6 menses discretiatur, qua tandem occaecatur. Secto cadavere omnia illaes in cerebro, quo accuratius rimato detegitur glandula pituitaria quasi saxeae et ovi gallin. magnitudinem habens.

IV. *Tubercula a. in hemisphaeris.*

Plater obs. med. L. I. obs. 51. p. 108 (Trnka p. 140): In juvene cephalea, visus gradatim in sin., tum et in d. oculo perditus; postmodum etiam per vices convulsiones, quibus vere cessantibus supervenit tussis, febris hectica, expusitio purulenta et tabes. — Deprehensum est vitium pulmonum. Cerebrum copia humoris aquei irriguum; portione lobi anterioris sin. ademta apparuit globus quidam glandulae instar, inclusus in cerebri substantia, ab ea tamen separatus propriaque membrana dura contentus, per quam venae aliquae capillares dispersae erant, ovi gallin. magnitudinem superans, inaequalis, intus alba et aequalis substantia, ovi albumen coctione induratum referens, sed durior illo. Basi latiori ventriculo cerebri anteriore, qua sede innitebatur et pondere suo nervorum opt. exortui incumbebat eosque comprimebat. Alioquin nec in oculo, nec in n. opticis aliud vitium.

Abercrombie l. c. obs. 89. p. 211. In viro 50 ann. aliquamdiu tussis et expectoratio sanguinolenta, mense Junio cephalea paroxismos celebrans et confusio idearum, visus qc. d. sensim perditus, loquela jam non distincta et paulo post nec articulata; 6 hebd. post cuncta symptomata intensiora, vel ex levissimo corporis motu vehementis dolorum accessus, frequens manus ad caput adductio, strabismus, pallor et debilitas universalis, mense Augusto coma et mors. Pulsus aliquoties rarer. — In substantia hemisphaerae sin. versus posteriora cystis mollis et vasis instructa, continens fere 2 unc. fluidi albuminosi, grisei, decoloris; substantia vicina emollita; reliquum cerebri integrum. Ibidem p. 207. obs. 84. mentio fit amblyopiae ex tuberculo in medio hemisphaerae d. lobo cum emollitione substantiae vicinae.

Powel in med. trans. V. v. (Abercr. p. 398. fait 21): In femina 23 ann. menstruis suppressis violens cephalea, hebetudo visus et brevi post plena amaurosis; insultus convulsionum iterati et jactura loquela, intelligentia vero integra; post 4 menses coma et mors. — Tres laminae durae in superficie hemisphaerae d., formantes superficiem tuberculorum substantiam cerebri penetrantium; simile tubereulum in substantia et aliud minus in superficie hemisphaerae sin.

Beilby (Abercr. I. c. App. etc. 27. fait, p. 401); *Infans* 16 mensium corripitur convulsionibus lateris d., vespere alter insultus, post quem febris, coecitas et dysphagia; 11. die a simili insultu visus et deglutitio sensim reversi; tum sanitas per 4 annos praeter insultus epilepticos binis fere mensibus, postea saepius repetitos. Anno 12. aliquot hebd. ante mortem a terrore insultus frequenter et lethales; latus d. debilius; intelligentia ita hebes semper, ut ne legere quidem didicerit. — Sub bregmate sin. inter arachnoideam et piam m. tumor ovum aequans, intus albus et quasi gelatinosus, sed valde firmus et sub incidendo serosum fluidum edens.

Hay (Abercr. I. c. App. etc. fait 22. p. 399) Mulier 40 ann. habitus scrophulosi perdidit gradatim memoriam, visum et auditum; loquela inarticulata; insultus epileptici, incessus imbecillis et vacillans; post 6 menses mors a lapsu de scalis. — Tumor fructum citri aurantii aequans super osse sin. petroso profunde penetrans cerebri substantiam, comprimens par 7 et 5. ramos, intus constans massa homogenea, molli, simili substantiae cerebri corticali*).

b. in cerebello.

Andral *Frankh. der Nervenb.* p. 274, N. 48.: Inter 20 a nobis observatos casus tuberculorum in cerebello visus septies aut debilitatus, aut perditus; sedes tuberculorum admodum varia.

Andral *Clin. med. T. v.* p. 506. In viro 29 ann. Cephalaea valde vexans, visus et facultas motrix extremitatum sin. sensim evanescens, anno post anaesthesia lateris sin. faciei, post 2 menses iterum evanida; anno 3. amaurosis fere plena cum pupillis sat contractis, dolor in occipite, hemiplegia (sin.), tussis frequens et dyspnoea continua, pallor, macies, per vices diarrhoea; de repente peritonitis lethalis. — In cerebro nil morbos; in cerebelli lobo d. massa dura, alboslavens, characteres tuberculi exhibens, nullibi emollita. In pulmonibus tubercula miliaria; in ileo ulcera tuberculosa et perforatio.

Abercr. I. c. p. 206. obs. 83. Vir 34 ann. occupatur accessibus cephalae cum vertigine et visus obscuratione; post 2 menses dolor fixus in occipite, vespere exasperatus; vere anni 4. molestiis auctis accedit stupor, autumno dolor pulsans, vomitiones tres menses durantes, insultus cephalae vehementissimi cum jactura conscientiae et con-

*) Relegantur in Abercr. I. c. obs. 39. p. 114 et obs. 84. p. 207.

tracturis extremitatum superiorum; postea vero insignis remissio, donec vere anni 6. sub insultu repente exspiraverit — In ventriculis 3—4 unc. fluidi limpidi; in lobo cerebelli sin. tumor nucem aequans, durissimus, characteres tuberculi omnes exhibens serofulosis, intus emollitus. Cetera organa cuncta integra *).

c. circa chiasma.

Huc vero similiter pertinent obs. celeb. de Haen, Sanson, Powel et Heldlund sub N. III. adlatae.

Abercr. l. c. obs. 87 p. 210. In puero septenni a lapsu in frontem cephalea, post aliquot menses amblyopia et amaurosis, tum etiam epilepsia, debilitas extremitatum sensim aucta, tandemque paraplegia, coma et mors; intelligentia ad ultimos usque dies integra. Duratio morbi $\frac{1}{4}$ anni. — Tumor albus, planus, solidus, magnitudinis fabae sub chiasmate opticorum; in ventriculis 12 unc. fluidi limpidi; lobus cerebelli d. induratus, sin. in materiam serofullosam puriformem conversus **).

Hay (Abercr. App. etc. 15. fait, p. 395). Puella 12 ann. diu subjecta cephaleae cum visus hebetudine et capillitii sensititate peculiari; a lapsu in frontem cephalea gravis et epistaxis frequens, mox et febris, oxyopia et oxycoia, strabismus et per vices convulsiones; anno 2. ulceribus serofulosis ad collum et femur emergentibus remissio;

*) Lachéze, le fils in Gazette méd. de Paris N. 10. Mart. 1838. communicavit observationem amauroeos a tuberculis in cerebello. (Stift medij. Jahrb. 18. Bd. 3. Et. p. 489.)

Huc et pertinent: obs. 83. Abercr. l. c. p. 206 et obs. ab Hawkins facta p. 410, et observ. celeberrimi Elliotson (Gronieps Rotijen, 1837, August, p. 207), ubi amaurosis post graviora demum symptomata in lucem emersit.

**) Ammon l. c. B. IV. p. 169 tradit casum amauroeos similem ex tuberculo pone chiasma.

Coidet in mem. sur l' hydroc. p. 98 notavit historiam morbi sub forme hydrocephali evoluti, cuius amaurosis quoque fuerat symptoma. Inventum est tuberculum a latere pontis V. sin. et effusio seri in ventriculis acuta. (Lallemand l. c. Ltt. VII. obs. XIII. p. 287.)

Ibidem L. IX. obs. 6. p. 374 similis observatio.

Ammon. l. c. B. VI. (1838) p. 627: Vir 40 ann. in infancia tineam capitidis, variolas et morbillos perpessus, postea sanguis, 4 annos ante obitum pressionem in oculis et visus hebetudinem sentiens mox plane obcaecatus est. Anno 3. vesanus factus tandem phthisi pulmonali occubuit. — Opticorum tractus grisei, ligamentosi, facile lacerabiles; ventriculi aqua mollium dilatati; infundibulum fere evanidum. Pulmo d. suppuratione fere consumtus.

anno 3. exacerbatio sensimque amaurosis; 3 menses se-
rius obitus. — Tumor super sella turcica, nucem jugl.
aequans, chiasma comprimens, constans substantia medul-
lari coloris flaventis et tectus membrana tenui ac tenella.

Sauvages I. c. T. II. Cl. VI. p. 207 invenit bis in infan-
tibus scrofulosis, amaurosi subito correptis, »glandulam
scrofulosam« super nervis opticis.

Oehme I. c. §. 8. p. 19. »Inveni aduersa valetudine
utenti oculi subito occaecati sunt tandemque vita extin-
cta. Praeter steatomata quaedam super costis et intus
in pectoris cavitate atque pulmonibus reperta, duo inventa
in capite sunt, ovo columb. majora; ossi frontis et lami-
nae cribiformi utrinque incumbentia n. opticum velabant
et comprimebant; ossa haec simul erosa ac fere con-
sumta erant.

d. in n. optico.

Dcmours I. c. p. 75 obs. 5. Vir 36 ann. gradatim visu
oculi sin. orbatus peripneumoniae chronicae occubuit. —
In medio optico sin. parvum tuberculum consistentiae sat
durae, coloris grisei, semine cannabis paulum majus. Iris
fuerat mobilis, cephalea nulla. (Autor, nulla amauroses
causa, ut ita dicam materiali reperta, ingeniosus perseru-
tatus est totum opticorum tractum. Utinam eadem cum
diligentia observati et notati essent casus a celeberr.

Sedillot (Abercr. App. etc. p. 510) et

Blegny (Zood. med. Gall. ann. I. obs. 14. p. 81) (Trnka
p. 111.) »Aperto cadavere repertus est lapis phaseoli mag-
nitudine in origine atque in ipsa n. opticorum substantia,
unde ergo dolores capititis atroces, postmodum febris ar-
dens, caecitas, et 3 post hanc die mors.« Idem valet de
Ford in nud. comm. Vol. I. N. 4., qui deprehendit
tuberculum ad n. optici thalamum qua causam amauro-
ses in latere eodem, et

Bremfield, dir. *Wahrn.* C. I. p. 23. (Trnka p. 143): Puella
20 ann. post diurnam multorum annorum cephalaeam
utroque oculo amaurosin passa febri epidemicae occubuit.
— Suturae cranii omnes fere coaluerant; in ventriculis
medullaris substantiae tumor apparuit, pomum aequans et
immediate opticorum thalamis incumbens.

V. *Sarcoma medullare.*

Abercr. I. c. obs. 91. p. 213. Virgo ab anno 14. usque
ad 17. ophthalmia chron. laborans, 18. corripitur post

dolorem in aure sin. paralysi faciei (os dextrorum, partis sin. stupor visusque valde hebes, palpebrae non nisi magna intentione claudi possunt); sanguinis depletionibus et catharticis adhibitis post 6—8 dies molestiae cunctae disparent. Post tempus insultus similis simili ratione fugatus, sed inde frequenter per 1—2 dies stupor cum visus perturbatione et vomitionibus. Mense Junio aetatis anno 19. post coenam per 2 fere horas completa anaesthesia cum universalis muscularum contractione. Postea insultus isti stuporis multo graviores et cephalaea in tempore ac aure sin. saepe etiam effluvio seroso copioso ex aure stipati. Mense Decembri similis ac Junio insultus, Februarij 3. et Junio iterum 4., post quam visus jam continuo debilitatus erat. Adhibitis balneis marinis cephalaea aucta est et visus fere abolitus. Periculum, insultum ultimum emeticus debellandi, secutus est violens accessus comatosus, qui per brevia intervalla ad mortem usque repetebatur. Excepta visus debilitate valetudo talis fuerat, ut virgo Februario anni 21., duos fere menses ante obitum, nupsserit. Ministrato extracto stramonii suspendebantur insultus, et visus multum emeliorabatur. Mentis facultates optime vigebant. Mors inopinata, verosimiliter sub insultu insensibilitatis atque rigiditatis consueto. Super osse petroso sin. tumor magnitudine ovi columb., internae faciei durae matris firmiter adhaerens, extrinsecus irregularis et quasi pluribus conflatus tumoribus, intus autem constans partim materie molli, rubella, coloris carnei, partim albamine semipellucido, in nodulos variae magnitudinis ac densitatis disposito. Circum circa substantia hemisphaerae, dextra multum majoris, conversa in pultem claram, mollem, cum portione substantiae alhuminosae pellucidae mistam, strato substantiae sanae quasi cortice admodum tenui circumdatum. Ventriculi integri. In lobo hemisphaerae d. anteriore pars notabilis emollita. N. optici justo molliores.

Vanroosbroeck in obs. belg. Aout. 1834 et Schmidt's Jahrb. 1835. B. VIII. H. 1. p. 92. (Amm. l. c. B. V. p. 199): In juvene gonorrhoea saepius infecto sub saltando amblyopia, serius cephalaea et quae iterum cesserat, redux amblyopia cum strabismo, hemipleia (sin.) et mors. — Ad internam ossis front. et bregmatum faciem exerescentiae papilliformes; in media hem. dextra tumor pugni magnitudine, aemulans cerebrum colore et consistentia, comprimens corpus striatum et thalamum, a cerebro, quin-

aliquid dilaceretur, facile solubilis; substantia vicina mollior *).

VI. *Tumor fibrochondroides.*

Abercr. l. c. App. etc. 12. fait, p. 393. In viro 47 ann. cephalaea et carbarya, corpore proclivi aucta, gradatim crescens, sanguinis depletionibus non domita; mense 4. visus hebes et vertigo, 8. plena amaurosis, dolor violens et continuus, 9. stupor, amnesia, coma. — Tumor ovo major partim infra partim supra tentorium cerebelli, isti et falcis affixus, exhibens intus textum densum, reni similem. In ventriculis 4 unc fluidi.

Powel in med. trans. V. 5. (Abercr. App. etc. 14. fait, p. 394): Vir 30 ann. correptus est atroci frontis dolore, ad aurem sin. pertinente, noctu multum aucta; post 6 hebd. amaurosis et post 2 menses insultus apoplecticus lethalis. — Tumor nucem aequans in lobi anterioris hem. laevae parte inferiore, textu similis omnino glandulae lym-

*) *Cruevillier* (nouv. bibl. méd. Nov. 1825). In anteriore hem. dextrae parte massa scirrhosa nucem aequans, substantia vicina emollita, n. optici viet. In viro 42. ann. post insolationem cephalaea intermittens, cortice per. tractata, 6 hebd. post cessans reicta amaurosi; febre aggressa obitus. (Abercr. App. etc. p. 393, 11. fait.)

Bouillaud observavit amblyopiam et loquela impeditam una cum reminiscientiae nominum jactura in aegro, qui exhibuit tumorem magnitudine nucis jugl. in anteriore hem. sin. parte. (Abercr. App. etc. Sect. II. p. 395.)

Rostan l. c. obs. 36. par Bouresche: In vetula septuagenaria constitutionis debilis, cephalaea habitualis a 20 circiter annis et dolores membrorum, tum de repente debilitas extremitatis infer. sin., et pruritus universalis, carbarya, visus obscurus indiesque debilior, paralysis extremitatum inferiorum, loquela difficultis, cutis color luridus, cephalaea lancinans in latere capitatis dextro, contracturae extremitatis sin. infer., post violens animi pathema status pejor et mors. Tumor durus, griseus, lardaceous (cancer) in medio lobo dextro; substantia vicina emollita.

Monro (Prael. med. in theatro coll. med. Lond. 1776. p. 27.) invenit ad chiasma tumorem medullarem, ovo gall. majorem, causam amaurosis. (Baillie l. c. p. 264.)

Caldani (obs. anat. Patav. 1803) opticum d. tumore scirrhoso circumdateum invenit. (Schön l. c. p. 200), et

Meckl (pathol. Anat. B. II. Ab. II. p. 126) sub chiasmate tumorem adiposum vidit magnitudine nucis avell. (Schön l. c. p. 200.)

Rust, Handb. der Chir. I. B. p. 486 observavit amaurosin a fungo medull. ossis sphenoidei.

phaticae; maxima pars substantiae medullaris ejus hemisphaerae emollita et lutea *).

VII. *Tumor cysticus, a. in cerebro.*

Pavius obs. anat. rar. N. 2. (Trnka p. 146): In puella 18 ann. aliquot ante obitum annis diabetes, paucis ante obitum diebus amaurosis. Insignis vesica n. opticos occupans circa chiasma, continens fere libram aqueae materiae limpidissimae; renes non absunti, verum solito flaccidiores, figura cinericia, non impense rubra.

Abercr. l. c. app. etc. 2. fait, p. 388: In viro 40 ann. vehemens occipitis dolor, aliquoties cessans, fixus, mox vomitionibus junctus, visus imbecillis; mors anno elapsa sub insultu doloris. — In sin. cerebelli lobo tumor formatus 9 fere stratis alternatim ex materie caseosa, fluidoalbuminosa et materie valde firma, exhibente proprietates albuminis et sub cultro stridente, inclusus cavitate, quae etc. **)

b. in vagina n. optici.

Beer (l. c. B. II. p. 580) invenit hydatides. Simile quid in

Richter diss. de amaur. Gött. 1793 p. 16. notatum esse assert *Schön* l. c. p. 117.

VIII. *Hacmorrhagia.*

Andral Chin. med. T. V. p. 272: In apoplectis visus afficitur vel ante, vel sub, vel post insultum, sub forma metamorphopsiae, vel diplopiae, vel amauroseos, etc. Con-

*) *Chardel* (Sammel. außerl. Abh. für pr. Aerzte, Leipzig 1820, B. 28, p. 431). Ab ictu in caput fortis amaurosis oculi sin. — Tumor ovum gall. aequans, durae matris super sella turcica intime adhaerens, n. opticum sin. in ligamentum mutatum valde comprimens; tubera ethmoidalia et ligula carotidis absunti; tumor intus albus, extus parvis excrescentiis tectus. (Amm. l. c. B. V. p. 198.)

Dupau (Revue méd. Juin 1835. p. 319) observavit casum, ubi primum amaurosis, dein anosmia et paraplegia extremitum super. aderat; ad bregma d. tumor tangebatur; animi functiones depressae; mors apoplectica. — Bregmatis pars absorpta, tumor internae durae matris faciei adhaerens, os aequum ac cerebrum premens, scirrhosus, versus cerebrum pia matre et arachnoidea obductus.

Piorry in Bulletin cl. notavit casum, ubi in femina 26 ann. praeter alia gravia symptomata etiam amaurosis observabatur a tumore in medio ponte, quem *Andral* inter canceros refert. (*Andral, Kraußh. d. Nervenb.* p. 288.)

Abercr. l. c. app. etc. 38. fait, p. 409 en Edimb. J. XI. p. 470 citat similem observationem tumorum in ponte Varoli.

..) Cloquet et Béclard invenire in pueri hemisphaera sin. hydatidem magnitudine pugni (*Demours* l. c. J. I. p. 72.).

fer obs. 1. p. 225, 7. p. 237 et 14. p. 249, ubi amaurosis non eminebat.

Idem, *Krankh. der Nervenb.* N. 44. p. 137: Si visus ante insultum turbatur, tum aegri phantasmata insueta conspicunt, alii diplopia, alii amaurosi, alii oxyopia laborant. Si haemorrhagia largior, plerumque ambo oculi visum perdunt.

Hunter in med. chir. trans. V. III. p. 88 (Makenzie p. 799): In puella prius sana, etsi tenella, ab anno 17. vehemens cephalaea, tempora d. occupans, sensim increscens, altero anno etiam vertigo, per vices syncope, baryecoria et amblyopia, mox et myopia et transitoria amaurosis; anomaliae functionum tubi intestinatis, dolores vagi variis in locis; 3. anno insultus convulsionum cum strabismo visusque imminutione, pupillae valde dilatatae, ast nondum plane insensiles; auditus quoque hebes, idque prius in latere sin. . Ejusmodi insultus frequenter redibant, nonnunquam pluries de die; olfactus plane, gustus maximam partem perditus. Anno 4. summus virium lapsus, cum ventriculus omnem cibum repudiaret, obscuratio oculorum et inflamatio sinistri in ulcerationem exiens. — Thalami opticorum ampliati, spongiosi ad instar fungi haematodis, facta incisione faciem sanguinis coagulati exhibentes; affectione hac etiam partes vicinae cerebri et cerebelli correptae exceptis corporibus striatis; optici coloris solito profundioris, ceterum non mutati esse videbantur. Ad basin cranii et ad posteriores ossium parietalium partes excrescentiae osseae; cranium admodum tenuerat.

Morrah in med. chir. trans. V. II. p. 262 (Makenzie l. c. p. 798). Puella 19 ann. 3 annos continuo de cephalaea et vertigine conquesta, periodo menstruali vix peracta repente humi concidit immobilis; conscientia regressa dolor capitidis acutus et fixus ruborque oculorum; postea ternis hebd. similis insultus, 5. mense autem frequentiores et vehementiores, abolitio auditus, mox et visus et olfactus; loquela et deglulitio praegravatae, latus sin. paralyticum, tandem coma apoplect. et 8. mense obitus. — Tumor cysticus in substantia hemisphaerae d. 3" longus, 2" latus, ventriculum ejus lateris comprimens, a substantia cerebri largis vasis instructus. Effusio seri in ventriculo sin.

Willis de anima brut. P. II. C. 9. hist. 2. p. 222 (Trnka p. 150): In juvene post lautam coenam appoplexia et paralysis femoris d., dein mens hebes, loquela impedita, amaurosis oc. d.; die 7. deliria, convulsiones, mors.

In anteriore cerebri cavitate sanguis ichorosus, partim concretus et grumosus cum seri copia.^{*)}

Michelet in Essai sur les roug. de la subst. cérébr. Paris 1827 (Andral & Frankl. der Nervenl. B. II. p. 242) refert, in puella 18 ann. 2 ante obitum annos apoplexiām indeque nil nisi amaurosin et cephalēam continuam persessa inventum esse focum apoplepticum in dextra cerebelli hemisphaera.

Schaarschmidt (Berlin. Nachricht. 1740 N. 26) (Trnka p. 116): Vir 50 annis major a multis annis epilepticus et e graviore lapsu a semestri laborans oculi sin. amaurosi, exhibuit in processu falciformi ossiculum, in antico cerebri lobo sin. apostema, ovum columb. aequans et flavo ichore refertum; substantia cerebri vicina valde tenuis. Laevus n. opticus dextro exilio et tenuior.

Wepfer (diss. de apopl. p. 5.) (Bonet. I. c. L. I. S. II. obs. 18.): Septuagenaria, non multum morbis conficta, nisi quod ab aliquot annis visus imminui cooperit, in utroque oculo manifesta suffusionis exordia exhibuit. Jam ab aliquot mensibus etiam linguae titubatio, tandemque mors apoplectica. — Cavitas ampla in lobo anteriore d., continens grumam sanguinis ovum gall. aequantem praeter alios minores. Ventriculus dexter integer.

Lallemand (I. c. L. I. obs. VII. p. 6): In femina 54 ann. aliquandiu amaurosis, serius loquela perdita, salva tamen conscientia; die 10. post paralysie lateris d., 12. mors. — In sin. hemisphaera substantia emollita et flavescentia; in medio pulte duo sanguinis effusa, pisum aequantia.

Idem ibid. obs. XI. p. 10. In septuagenaria paralysie linguae et lateris d., relicta quadam sensibilitate, debilitas brachii sin., dein rigor extremitatum d., convulsiones muscularum faciei, visus et auditus sere plenaria abolitione; die 8. mors. — Haemorrhagia in superficie hemisphaeriarum; in substantia cinerea lobi anterioris sin. duo parva coagula; emollitio pone ventriculum sin.

^{*)} *De la Peyronie* in mém. de l'acad. R. V. I. N. 13. abscessum in ventriculis qua causam amaurosis reperisse dicitur. (J. Frank I. c.)

In Boneti L. I. S. XIV. obs. 9. amaurosis et paralysie unius lateris a sanguine in ventriculis derivatur.

Sibbern (Tode med. chir. Bibl. B. X. p. 1787) in amaurotica de cephalēa conquesta invenit in lobo cerebri posteriore abscessum et arterias cerebrales ossificatas. Vide *Ammon.* I. c. B, IV. p. 90.

Idem L. VI. obs. III. p. 236. In milite 34 ann. a fractura ossis frontis cum depressione conscientia per 17 dies abolita et vulnus post 5 menses sanatum, relictis doloribus transitoriis, sensim violentioribus; mox visus hebescens et dolores quaternis quinque hebdom. per aliquot dies reiterati; 7. mense post vehementiorem insultum coecitas fere totalis, cephalea evanida, nec ulla ceterum molestia; tum paulatim consumtio virium, aliquot accessus epileptici cum trismo et mentis facultates hebescentes; mense 17. urinae alvusque involuntaria, summa debilitas, mors. — Meninges firmissime adhaerentes lobis anterior. emollitis; sub fractura corpus luteo-viridescens, densum, ovum columb. aemulans, exhibens processus irregulares, adhaerens meningibus et offerens in centro granulationes distinctas; circum circa substantia magis quam alibi emollita et textu vasculo resistente instructa; optici, praecipue sin., plani et atrophicci ante chiasma.

Wepser diss. de apopl. hist. 4. (Trnka p. 152): Ex apoplexia crudelissima cephalalgia et 3 hebdom. ante obitum amaurosis. Saucia dura matre profluxit serum pallidum spicci coloris cum impetu quodam et quidem multae unciae, ac si vena esset secta.

Schaarschmidt mediz. dir. Wahrn. 3. §. N. 16. (Trnka p. 253). Post apoplexiā hemiplegia et amaurosis cum palpebrae paralysi later. sin., die 3. obitus. — Sub dura matre copia sanguinis concreti omne fere hemisphaerium sin. tegens.

Ammon l. c. B. V. p. 210. In viro vertigo, amblyopia, debilitas et stupor extreborum dextrorum, serius paralysis et amaurosis (dextr.), laesio functionum mentis; die 13. mors. — Inflammatio arachnoïdeae, corpus striatum sin. sanguine infiltratum, centrum semiov. V. emollitum, arter. cerebr. ossificatae.

Idem ibid. p. 447. In viro 54 ann. Veneri et Baccho multum dedito amblyopia sensim invalescens, mox et auditus hebescens et mens; anno 65. ab insultu apoplectico paralysis extreborum praesertim d. — Cranium crassum, amplum; effusio seri inter meninges; arteriae cerebrales incrassatae, hinc inde ossificatae; in thalamo d. cavum infundibuliforme, duris, callosis, luteobrunescentibus parietibus circumdata, nec pus nec sanguinem continens, ad corpora geniculata sese protendens; thalamus sin. minor, substantiae medullaris fere expers; opticus praecipue sin. atrophicus, maxime ante chiasma.

Home (Schön l. c. p. 199) in amaurotico (sin.) inventum unciam sanguinis coagulati in thalamo dextro, et *Bayle* contra in viro, ubi in latere dextro adfuerat paralysis et amaurosis, extravasatum in thalamo dextro.

IX. *Effusio seri* acuta vel chronica.

Demours l. c. T. I. p. 65. Infans septennis evanido capillitii quodam exanthemate fere caecus (pupillis dilatatis) febri die 9. occubuit. — *Effusio seri* in ventriculis cum vicinorum inflammationis vestigiis.

Langenbeck l. c. p. 74. Puer 11 ann. depulsa solis inunctionibus scabie vexatur cephalaea periodica sensimque obcaecatur; post annum adhibito sulfure in- et externe et efflorescentibus inde ad faciem manusque pu-stulis visus redit fere totus, pupilla iterum movetur, obscuratio in profundo oculi evanescit, cephalaea tamen perstat, imo increscit; insultibus epilepticis tandem succumbit iterum caecus. — Ambo ventriculi valde distenti magna aquarum vi; n. optici plani et laxi, a neurilemate quasi a vagina nimis ampla circumdati. Ceterum nil abnorme*).

Mareschal de Rougeres in *Journ. de méd.* T. 26. p. 48 (Trnka l. c. p. 152). Amaurosis in gravida venaesecti-nibus saepius fugata. — Circa opticos aquae limpidissimae unciae duae.

Roux ibid. T. 18. p. 199. (Trnka p. 152) amauros in describit ab effuso inter meninges sero.

Kaltschmid progr. de n. opt. Jenae 1752 (Trnka p. 158). Septuagenaria 10 ante obitum annis fuste in capite fortiter percussa post aliquot menses capitidis dolore gravativo torquebatur. Sternutatione suborta libra fere lymphae per nares emissae et levamen conciliatum esse dicitur. Anno ante mortem denuo crucitatibus capitidis vexata, fluxum lymphae per nares, saepius istas molestias tollere solitum, frustra exspectavit. Oculorum acie primo, postea omni visu destituta est; pupillae dilatatae; mors apoplectica. — Largissimum inter meninges et in ventri-culis serum pellucidum, vasa sanguine turgida; circa op-ticos aqua ita collecta, ut a thalamis opticorum sacculi

* Exempla amauroseos ab hydrocephalo acuto leguntur in
Bonet, l. c. L. I. S. VI. obs. 4., S. XVIII. obs. 10. ex
Hildano, et obs. 13. e *Schneidero*; item in

Ammon l. c. B. II. p. 69. in

Trnka l. c. p. 115. citat. e miscell. nat. curios. et in

Graefe et Walther Journ. B. XIII. H. 1.

ad chiasma usque haererent; ante chiasma optici mole fluidi compressi.

Georges Sowther in encyclogr. des sc. méd. T. III. S. 3. p. 76 (en Lond. méd. Gazette): Viri 33 ann. mal-leo in occipite icti paulo post visus imminuitur; simul dolores violenti in fronte et insultus epileptiformes. — Hemisphaerae sin. lobus anterior, medius, partimque etiam posterior in vesicam quasi extensus sero, medullae locum occupante. Super thalamo tumor formae et magnitudinis bulbi bovini, circumdatus strato puris, quo etiam massa cerebri superstes investiebatur; thalami et optici notabiliter compressi.

Andreae in Amm. I. c. B. I. p. 409: Vir 30 ann. a 4 annis plectitur amaurosi, e refrigerio capiti sudanti admisso, gradatim evoluta, strabismo et stupore lateris sin. continuo, violentis ac periodicis capitum doloribus et convulsionibus cum abolitione conscientiae; enecatur subito ab insultu vehementiore. — Cranium admodum tenuerat, ventriculus lat. sin. multis unciis seri squalidi ex bruneo rubescens dilatatus, hemisphaera d. ad latus, pavimentum ad anteriora trusum, corpus striatum et pars thalami ac hemisphaera sin. in massam luteobrunneam soluta; chiasma bruneum, planum, vietum, item optici ante ac pone illud, orbi substantia medullari*).

Ammon I. c. B. VI. p. 625. Vir 53 ann. saepius syphilide et anno 30. scabie cito remediis externis fugata infectus, postquam pedum sudores habituales refrigerio suppresserat, anno 40. factus est amauroticus, serius et vesanus. Mors apoplectica. — Cranium tenuerat, dura mater cum osse frontis coalita; infra illam 5 unc. seri sanguinolenti; effusio seri in ventriculis; horum parietes emollii; optici toti quanti grisei, ligamentosi, faciles dilaceratu**).

*) Exempla hydroceph. chron, eum amaurosi leguntur in *Lieutaud* I. c. p. 405. obs. 321 et p. 406 obs. 323 e misc. curios.

**) *Ibidem* p. 626 similis casus describitur; et

D. Hankel in *Rust. Magaziu* 37, I. p. 90 dedit historiam amaurosis a refrigerio subtortae huicce simillimam.

Observationem vero plane singularem notavit *Beer* I. c. (Wien 1792) B. I. p. 63. In puella 20 aun. vehemens febris rheum. 4 dies neglecta, cum dolore vehementi ad glutacos d. die 9, de repente cessante sub sensu algoris, gravitatis ibidem et obscura fluctuatione; die 10. tumore et dolore ibi evanidis febris vehemens, cephalaea, pressio in oculis; die 11. plenaria amaurosis, deliria, insultus apoplecticus lethasis. —

X. *Abscessus.*

Laubius in misc. nat. cur. l. 7. obs. 39. (Trnka p. 144.). In viro post febrin gravem melancholia tristis et visus oculi utriusque sensim perditus; fluente ex aure sin. pure visus melior, cessante pejor; 7. mense insultus apoplecticus, paralysis lateris sin., convulsiones d. et mors. — Incisa dura matre circa aurem sin. puris unc. 5 ex ipsa cerebri substantia effluentes, antea super osse petroso versus thalamos conclusae; os petrosum in superficie cariosum; ceterum nil morbosi praeter sanguinis abundantiam.

Clerk in Edimb. J. VI. p. 275 (Abercr. I. c. App. 23. fait p. 399). In juvene violens cepheala, sub decubitu in latere sin. intolerabilis, per vices rediens cum vertigine, saepe et visus hebetudine et pupillis dilatalis, serius cum caecitate, alalia et rigiditate etc. Mors subitanea sub insultu epileptiformi mense 7. — Tumor durus, 2" longus, 1½" latus, firmiter adhaerens tentorio et penetrans lobum posteriorem hem. laevae, continens unciam puris viridescentis; substantia vicina emollita; sub tumore dura mater consumpta et os erosum *).

Puris unc. 6 sub bregmate d., vasa cerebri et meningum sanguine turgida.

Langenbeck (I. c. p. 61) in puella sexenni observavit amaurosis a fluido purulento in ventriculis post laesionem quandam capitis mechanicam.

*) *Lieutaud* I. c. L. III. obs. 133. p. 349: Virgo 18 ann, doloribus capitis atrocissimis cum crebro animi deliquio per biennium vexatur; accedunt coccitas et convulsiones et post multos menses mors. — In cerebro prope ventriculos abscessus ingens. (E diario Erudit.)

Idem ibid. obs. 128 p. 349: Sexagenarius sensim memoriam, visum et auditum amitebat, doloris expers, cum hebes factus subitanea morte rapitur. — Abscessus in hem. dextra cerebri inter substantiam medullarem cum carie proximorum ossium.

Gall (Andral Clin. méd. T. V. p. 505) observavit amaurosis ex abscessu in utroque cerebelli lobo et atrophia pontis.

Lallemand L. IV. obs. 3. p. 137 et L. V. obs. 18. p. 210, uti et

Abercr. I. c. obs. 39 p. 114, et

Demours I. c. T. I. p. 70 obs. n. hic relegi merentur.

Idem I. c. p. 74 obs. u: In viro 40 ann., qui onera capite gestare consueverat, cepheala violens et amaurosis gradatim in oculo sin. evoluta, tandem febris adynamica et 6. morbi mense mors. — Incisa optici vagina medietas ejus quasi suppuratione correpta et in materiam liquidam squalido albida conversa. Iris fuerat mobilis.

XI. Caries ad basin cranii.

Beer l. c. (1817) B. II. p. 581. hoc vitio amaurosin productam observavit et in »prakt. Beobacht. über Augenfranck.“ p. 172. casum notasse dicitur similem sequenti:

Botallus de lue vener. C. XVI. §. 17 (Trnka p. 114) »Taurinensi quaestori a cephalaea syphilitica amaurosin passo ac mortuo demum cranii ossa erosa fuere, intus vero ingens ichoris putridi pessimae indolis vis delituit, a quo cerebrum una cum n. opticis corruptum.“

Ballonius, paradigm. 7. p. 525 (Trnka p. 142): In juvene 22 ann. dolor capitis, annum ante obitum pedes incurvi et retracti, visus paulatim, postremo et olfactus abolitus; malum diuturnum. — Abscessus in processibus mamillaribus, »illos mellierides vocare possis, quamquam ad scirrhum proxime accedant.« Os frontis erosum et perforatum vi humoris acrimoniaque. »Tanta fundi calamitas non aliunde orta erat, quam a latente luis venereae veneno!“ *)

Ammon. l. c. B. II. p. 285. Vir 43 ann. lue univers. et cachexia mercuriali laborans atque naso externo inde orbatus, post vehementes capitidis dolores visum perdidit. (Iris mobilis, in profundo oculi peculiaris obscuratio.) Post 4 annos obitus. — Cranium crassius, ad internam lateris sin. faciem exostosis, os ethmoid. et vicina carie fere absunta; dura mater crassior, massa cerebri durior, thalami opt. obscuriores, sanguine divites; optici pone chiasma tenuiores, involucrum eorum crassius et tenacius, medulla admodum mollis; idem in chiasmate; ante hoc optici ampliores, tunica fibrosa valde crassa et dura.

Idem ibid. p. 290. Vir 38 ann. saepius syphilide infectus, qua et palatum durum fuerat perforatum, quere-

*) *Lallemand* Lit. VII. obs. 5. p. 280. Miles 40 ann. morbo venereo plures infectus ante 3 annos sese solito debiliorem sensit, capitidis doloribus simul continuis et intolerabilibus obnoxius; 18 menses post sensim perdidit visum et 6 menses serius animadverit symptomata paralysis incompletæ. Anno 4. nosocomio receptus fecit bis tere sub coena subitaneam conscientiae jacturam per horae minutam, cum flacciditate muscularum omnium; circa idem tempus correptus est tribus insultibus epilepticis etc. Caries in osse frontali atque ethmoidali, ut aditus pateret e naso in cranii cavum; tumores in anteriore lobo sinistro plures albo grisei, consistentia cartilaginea, intus nitentes, non fibrosi, cum partibus rubris et vasa sanguifera offerentibus etc. Optici dimidio tenuiores et emolliti; olfactiorum nullum vestigium.

batur de vehementer cephalaea, visus obscuracione et debilitate universalis. Antiphlogosi transitorium levamen. Mors ab effuso inter meninges sero. — Cranium hinc insuete crassum, illinc tenuerat; ad sellam turcicam caries, hypophysis fere absumta; optici pone chiasma admodum tenues, molles et fere membranaceae; thalami mollissimi et sanguine turgidi; ante chiasma isti nervi ampliores, velamentum fibrosum valde crassum *).

XII. *Emollitio*, a. in cerebro v. cerebello.

Andral Clin. méd. T. V. p. 411. Cerebri emollitione sensuum functiones raro perturbantur. Confer obs. X. p. 302 et XXIX. p. 355.

Idem, Krauth. der Nerventh. p. 237: Inter 12 casus emollitionis lobi cerebelli 2 obveniunt, ubi oculus oppositus obcaecabatur.

Idem, Clin. méd. p. 493, obs. 4: Vir nondum quadragenarius corripitur cephalaea vehementi, vertigine et debilitatis sensu; post 14 dies dolor in occipite fixus; visu oculi d. multum hebetiore pupillae non differunt; responsa tarda; tandem agilis continua, frequens manum ad caput adductio, respiratio irregularis. — Injectio meningum; modica seri quantitas in ventriculis, posterius et inferius dimidium lobi sin. cerebelli emollitum.

Idem ibid. p. 487: In muliere 31 ann. post menstruationem vertigo et cephalaea violens; ab 8. die myrmecismus et gravitas in extremitatibus sin. et post mensem paralysie; simul cum motu etiam visus abolitus, pupillis adhuc paululum mobilibus; tandem convulsiones lateris sin. et intelligentia turbata; 9. fere hebd. mors. — Cerebrum sanguine dives; ventriculi distenti magna seri pellucidi vi; partes $\frac{2}{3}$ hemisphaerae d. cerebelli emollitae, item processus ad medullam oblongatam, pontem et eminentiam quadrigeminam.

Monod ibid. p. 496: In viro 44 ann. a lapsu in occiput oculi d. visus hebetior et strabismus; post 3 annos dolor in occipite vehemens, obtutus fixus, oculus d. injectus, responsa tarda, caput sterno innixum; pupilla d. dilatata, visus et loquela plane perdata, intellectus integer. — Partes $\frac{2}{3}$ lobi sin. cerebelli in pultem versae, arachnoidea circumdans deleta, dura mater intus brunea rubescens, ab osse soluta.

*) Relegatur hic observ. *Heldwandi* sub N. III. et *Oehme* sub N. IV., porro *Laubii* sub N. X.

Lallemand Lett. I. obs. IV. p. 4: In femina 80 ann. diu idearum turbae, morositas et iracundia, tum continua fere somnolentia, tandem repentina visus et auditus jactura, convulsiones extremitatis super. d. et stupor continuus; pupillae immobiles. — In medio lobo hemisph. sin. emollitio substantiae; corpus striatum in pultem versus; in media emollitione sanguis effusus; vasa cerebri sanguine turgida.

Ibidem obs. 15. p. 16: In sexagenaria a 5 mensibus stupores sat validi; post graviorem ejusmodi accessum jactura visus oculi d. et impedimentum loquela, gradatim iterum evanidum; mense post ab iterato insultu paralysis lateris d. et continua fere somnolentia. Mors 8. hebd. — Corpus striatum d. excepto sepimento 1—2^{mm} crasso a latere ventriculi emollitum, griseum, puluae instar; substantia ambiens flava et emollita. Thalamus et opticus integer.

Abercr. l. c. obs. 130. p. 332: Vir sexagenarius, macer et debilis constit., a 2 fere mens. conqueritur de dolore frequente in latere capitis d. et aliquoties de stupore brachii sin., quibus auctis os obliquum, visus oculi sin. obscurus et manus sin. stupida facta est. Post hebdomadem paralysis lateris sin., loquela impedita, intellectus integer, pulsus normalis; post 2 menses mors subitanea. — Pia mater super hemisphaeris incrassata et injecta, ventriculi later. extensi fluido; pars hemisphaerae d. emollita; sub arachnoidea multum seri *).

*) *Brunner* in misc. nat. cur. C. I. obs. 69 (Trnka 151): Aulico 30 ann. robusto visus aboluit et pedes invalidi fieri et atroces capitis dolores saevire coepiunt; postmodum et mente captus tandem febri est consumptus. — Cerebrum luridum ac imprimis antrorsum flavescens; circa chiasma stagnabat serum turbidum, carotides et infundibulum iuundans; ventriculi perinde sero referti, cerebrique substantia circa infundibulum nervosque opt. in sanieum ac tabum velut ex abscessu usque ad ipsos ventriculos conversum.

Calmeil (Rostan l. c. obs. 19): Vetula 81 ann. pluribus annis amaurotica, repente humi concidit immobilis et mentis impensis; (varia serius encephalomalaciae symptomata). — Emolliatio loborum anteriorum.

Foville: (Rostan l. c. obs. 57) Caecitas ab animi pathemate indeque cephalae habitualis, congestiones frequentes ad caput, difficultas loquendi, amnesia, difficultas movendi membra et linguam, responsa nulla; spasmi membrorum. Puncta rubra et livida in cerebro; plura exigua sanguinis extravasata in substantia, cerebellum ad superficiem emollitum. — *Petit* amaurosin ab emollitione corporis striati notavit.

b. in nervo optico (primitiva?)

Teissier (Revue méd. Sept. 1833. p. 416) amblyopiam observavit, ubi emollitio opticorum aderat.

Emollitio una cum atrophia saepissime observata; de qua serius.

XIII. *Atrophia, a. cerebri vel cerebelli.*

Breschet (Handb. Krankh. der Nerven, N. 44. p. 191) observavit puerum 19 mensium plane amauroticum, in quo nil morbosum inventum, nisi atrophia lobi cerebri anteriorum.

Ibidem p. 201. In Tom. V. arch. génér. de méd. p. 99 describitur atrophia lobi cerebelli, cuius princeps symptomata fuerat amaurosis; individuum ab incunabulis idiota.

Huc forsitan et *Gall* (Andral clin. méd. T. V. p. 505), atrophia pontis V.

b. *nervi optici* (primaria?)

Rolfink diss. anat. L. IV. C. 31. (Trnka p. 114) in coeca reperit n. opticum utrumque extenuatum.

Sculptet in armam. chir. obs. 26. (Trnka p. 114) simile notavit.

Cesalpinus, narrante Riolano in anthropogr. L. IV. c. 2. (Trnka p. 115) tradidit, repertum fuisse alterum opticorum attenuatum; visus erat imbecillis in oculo, ad quem n. extenuatus ferebatur.

Heiland in misc. nat. cur. Dec. III. anno 7. obs. 157 (Trnka 116): Alter oculorum videndi potentia orbatus nervo opt. et flaccidiore et minore instruebatur; observata haec differentia etiam ultra chiasma.

Iscenflamm präf. Ummert. über die Nerven p. 170 §. 58. casum tradit amauroseos ex marcore n. optici.

Mery in act. Paris. A. 1713 meminit amauroseos ex marcore optici (Trnka p. 117) et

Hey in obs. and inquir. Lond. V. VI. N. 1. in amaurotica reperit opticum tenuorem, per omnia cinereum (Trnka 579).

Boisseau et *Demours* similes observationes reliquerunt; item

Beer l. c. (Wien 1817) B. II. p. 580, qui una vice solum opticum laevi oculi atrophicum invenit, licet utrinque fuissest amaurosis, et

Baillie l. c. p. 263, qui et observationes ab Ackermann, Sömmering, Villmann, Leveling, Michaelis, Rougemont et Wenzl citat.

Santoruī quoque observatio notatur in Lieutaud l. c. p. 368, qua argumentum pro decussatione opticorum, et

Fleischmann, *Leichenöffn.*, Erlang 1815. p. 203. N. 63.

Retzius (*Heckers wissenschaftl. Annalen*): in viro plures annos amaurotico tractus optici a corporibus genicul. ad chiasma usque atrophicci, substantia nerva evanida, massa modo albocinerea et semipellucida.

Lelut (Journ. hebd. 1833 p. 401. Dec.) plures casus enumerat amaurocos ex atrophia et emollitione opticorum.

Beck l. c. p. 234 casum describit, ubi opticus tubum sistebat medulla carentem.

Calmeil (Rostan l. c. obs. II.): in semina 75 ann amaurosis a pluribus annis, tum carebarya et cephalaea, tandem coma, paralysis lateris sinistri. Emollitio lobi cerebri d. n. optici plani, atrophicci, rubicundi. *)

XIV. *Induratio.*

Lieutaud l. c. p. 111. Juvenis femina, quae evaserat surda a partu primo, coeca a secundo, periiit aliquo tempore post apoplexia. — Medulla oblongata valde indurata.

Burnet (Andral clin. méd. T. V. p. 439) in Journ. hebd. de méd. P. V. p. 265. narrat, infantem triennem convulsionibus, dein stupiditate et perfecta amaurosi detentum exhibuisse cerebri substantiam pastae altheae densitate simillimam et n. opticos ab origine ad finem usque textura, laevitate, elasticitate, imo fere etiam duritie cartilaginem aemulantes.

Portal l. c. p. 116. In viro ab initio in digitis manus, serius etiam pedis d. formicatio, tum etiam sensilitas, nutritio et temperatura imminuta, sensim ulterius propens, a tempore latus sin. similiter occupans; postea motus abolitio in trunco et extremitatibus, integris adhuc functionibus reliquis; tandem visus et auditus hebetes, loquela inarticulata, deglutitio difficilis, pulsus valde

*) Peculiares mutationes n. optici leguntur in *Chesneau* (obs. méd. Lyon. 1673 L. I. C. I. obs. 2), qui inventit circa n. opticum crustam gypseam, et *Walter* (Mus. anat. Berol. I. B. N. 310, p. 156), qui similem mutationem descriptis.

Demours tandem l. c. T. I. p. 71: Infans 9 ann. in caput ceciderat, inde cephalaea cum febre continua, tandem amaurosis et mors. N. optici adeo duri et fragiles, ut levi attactu manus frangerentur. Exempla *hypertrophiae neuridemmatis* opticorum jam supra hinc inde recensita; simile vidit amaurocos extitisse causam *Rognetta* (*Kleinerts Repertorium* 8. Jahrg. 11. Heft p. 27).

rarus, item respiratio. — In cadavere nil abnorme; sola medulla oblongata valde indurata, fere cartilaginea; membranae ambientes rubrae et quasi inflammatae.

Howship l. c. cas. 32. Puero 12 ann. vulnus ad d. capitis latus euthygrammate inflictum 6 annis non sanabatur; sanato tandem visus sensim abolescebat, simulque insultus epileptici suborriebantur. — Parca sanguinis et seri inter cranium et duram matrem copia trephinae ope evacuata pupillae ad lucis influxum iterum mobiles, amaurosis vero eadem; 3. die post insultus vehemens lethalis. — Lobus cerebri medius a parte laesa ad basin usque induratus; in arachnoidea signa inflammationis chronicae. *)

XV. Existunt demum plures observationes emauroseos *a nervis opticis in orbita diversimode compressis*, quas vero hic addere fines mihi positos excederet. Hae quidem cum *vitiis organicis retinae*, quorum plurima celeerrimus Schön l. c. enumeravit, omnino mererentur, proprio opusculo cum symptomatibus una observatis collocari.

*) *Idem ibid. cas. 31.* Ex leviore traumate puellae 15 ann. impacto statim cephalaea, per 30 annos frequentius et semper e loco laeso exiens, dein per vices stupor et somnolentia, anno 1½ ante obitum rarius et aegre vigiliae cedens, sub qua solitus ingenii vigor, somno repentina iterum fugatus, tandem coma continuum, convulsiones et mors. Acies oculorum sensim obtundebatur. — Optici ad originem in ligamenti formam redacti tumore, medium cerebri lobum obtinente, duro, scirrhoso, atre livido, super quo dura mater resorpta et os parietale d. attenuatum.

Lallemand l. c. Lett. VI. obs. 23. p. 256 narrat historiam morbi admodum memorabilem, ubi vero partim ob descriptionem, partim ob complicationem morbi non liquet, unde amaurosis, multo gravioribus demum symptomatibus aggressa provererit.

Relegi hic quoque meretur similis observatio *Morgagni* l. c. Ep. IX. N. 20.



Theses defendenda.

1. Physiologia maxime egregia axiomata debet anatomiae pathologicae; ab hac scientia prae ceteris perfectionem illius ulteriore exspectandam esse contendo.
2. Occurit sanguinis corpore vivo in vasis coagulatio.
3. Intonicatio sanguinis e contagiosis quibusdam cuncta meningitidis symptomata provocare valet.
4. Exanthematum febrilium complicatio periculosisissima est pneumonia.
5. Mors scarlatinam sic dictam regressam superveniens meningitidi rarissime debetur.
6. Quod therapiam attinet morborum sanguinis, multum superest inveniendum aut experimentis confirmandum.
7. Pneumonia lobularis signis auscultationis et percussioneis characteristicis destituitur.
8. Inflammatio cordis substantiae respectu symptomatum nos huic latet.
9. Morbus, quem Broussais gastro-enteritidem vocat, a phlogosi coelo differt.
10. Moribus Brightii est morbus tum idiopathicus, tum symptomaticus.

11. Morbus haemorrhoidarius diversis aliis morbis
qua effectus, multo rarius qua causa subest.
12. Auscultatio et percussio absque anatomia pa-
thologica parum aut nil juvant.
13. Pericarditis non raro symptomatibus stipatur,
e quibus ad hepatis affectionem potius con-
cluderes.
14. Cura syphilidis absque mercurio palmam pre-
ripit mercuriali.
15. Blenorhoea uteri non raro sterilitatis causa.
16. Die Ligatur blutender Arterien ist der Torsion
bei weitem vorzuziehen.
17. Unter den bekannten Radicaloperationsmethoden
freier Leisten- oder Schenkelbrüche ist bisher die
nach Bonnet die beste.

—Heilig—






11. Werken, die verhindern, dass ein nach
dem offenen oder geschlossenen Vertrag entsteht.
12. Ausdrucke, die zwischen diesen beiden Formen
verschieden gelten und aufgestellt.
13. Unterschiede von zwei unterschiedlichen Minde-
stens zu legen, was einem jeden von
jedermann.
14. Wenn irgendwie-
gleichzeitig unterschreibt
der Rezipient.
15. Bezeichnung des
Rezipienten muss
in der gleichen
Art und Weise sein.
16. Wenn der Rezipient nicht gleichzeitig unterschreibt
oder unterschreibt oder unterschreibt nicht bis
zum gleichen Tag.







www.books2ebooks.eu